



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

XXXVI. Indulgentiæ Anni Jubilæi 1725. pro Monialibus, aliisque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

1724.
Decretum
practicum.

futurum inviolabiliter observari mandarent. Emanavit a praefata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris qui sequitur, videlicet - Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sancta Romana Ecclesia Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita visa relaxatione Eminentissimi Corsini praedicti Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ac enuntiato voto Capituli Generalis, referente Eminentissimo Nostro Spinula censuit, & decrevit idem Decretum Capituli Generalis esse approbandum, & confirmandum, ut infra, videlicet. - Quod stante summa egestate praefata Provincia Tucumanen, qua intolerabiles sumptus adducendi extraneum Commissarium Visitatorem fuisse non potest, quando Indiarum Commissarius per se ipsum non vult accedere ad eandem Provinciam ad Capitulum celebrandum, tunc ex eadem Provincia Commissarium Visitatorem debeat assignare, & ad hunc effectum suo tempore Provincialis, & Diffinitorum notulam Religiosorum tali munere dignorum ipfmet Indiarum Commissario transmittere teneantur: Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Rōmā 22. Septembris 1724. - F. Card. Paulutus - V. Archiepiscopus Damascenus Secretarius - Loco + Siquidem.

Preces Procuratoris Provincie.

Confirmatio relati Decreti.

Clausulæ.

futurum inviolabiliter observari mandarent. Emanavit a praefata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris qui sequitur, videlicet - Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sancta Romana Ecclesia Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita visa relaxatione Eminentissimi Corsini praedicti Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ac enuntiato voto Capituli Generalis, referente Eminentissimo Nostro Spinula censuit, & decrevit idem Decretum Capituli Generalis esse approbandum, & confirmandum, ut infra, videlicet. - Quod stante summa egestate praefata Provincia Tucumanen, qua intolerabiles sumptus adducendi extraneum Commissarium Visitatorem fuisse non potest, quando Indiarum Commissarius per se ipsum non vult accedere ad eandem Provinciam ad Capitulum celebrandum, tunc ex eadem Provincia Commissarium Visitatorem debeat assignare, & ad hunc effectum suo tempore Provincialis, & Diffinitorum notulam Religiosorum tali munere dignorum ipfmet Indiarum Commissario transmittere teneantur: Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Rōmā 22. Septembris 1724. - F. Card. Paulutus - V. Archiepiscopus Damascenus Secretarius - Loco + Siquidem.

§. 1. Cum autem sicut dictus Franciscus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmius substat Apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latē, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsentum, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabiliter Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabili plenissimi suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sique in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provincia, & Ordinis praefectorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolica in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die XX. Dec. MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Conceduntur Indulgencie omnes praesentis Annī Jubilai Monialibus, Oblatis, Puellis, & Mulieribus Secularibus in Monasteriis degentibus, ac Anachoretis, Eremitis, Infirmis, & in Carcere detentis.

Pro omnibus aliis hic non exceptis suspensa fuerunt quæcumque Indulgencia vertente hoc Anno Jubilai 1725. Conf. hujus P. ed. 1724. Jul. 6. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pontifex sollicitudo quamvis omnium Christifidelium saluti prospiciat, præcipue tamen spiritualibus Sanctorum monialium profectibus paternæ charitatis affectu studet providere, ipsæ enim sunt filii, quæ oblitæ Populum suum, & Domum Patris sui, animi splendore cælestem Regem oblecant: ipsæ sunt Prudentes Virgines, que lampades suas charitatis flamma succensas provide aptantes, meliorem partem elegerunt, & dum vitam calitus petitam ducunt, non modo sibi ipsis ad Calum viam sternunt, sed jejuniis, vigiliis, & orationibus, ceteris quoque Christifidelibus eam aperiuntur. Quare summopere optandum est, ut vita rationem, qua eis Angelis quodammodo æquat, constantissime retineant, ac dent operam, ut sicuti præclaros hic agunt de carne in carne triumphos, ita post hujus vitæ certamina in Cælesti Patria feliciter coronentur.

§. 1. Quoniam autem consimile vita genus ampliorum Anachoretæ, atque Eremitæ, ut supernarum rerum contemplationi securius vacante laudabiliter elegerunt Spiritualibus quoque ipsorum incrementis paternis visceribus, maxime ducimus consilendum. Cum igitur tam ipsi, quam praefata Sanctorum moniales perpetua vivant clausura mancipati, & multæ Puellæ, & Mulieres seculares educationis, vel alia ex causa de licentia Sedis Apostolicae in Monasteriis degant, ibique clausura leges obseruent, multæque etiam reperiantur Oblate, quarum institutum a Sede Apostolica approbatum existit, & quæ in Domibus, seu Conservatoriis in communi vivunt, necnon multi (ut accepimus) utriusque sexus Christifideles partim Carceribus detentí, partim vero diurna infirmitate præpediti non solum in Alma Urbe Nostra, & Italia, sed aliis etiam Regionibus, Provinciis, & Locis reperiantur, qui, & quæ respective impedimentis hujusmodi remotis pro percipiendis praesentis Annī Jubilai fructibus ad Almam Urbem nostram omnino venient, & Basilicas, Ecclesiæque ad id deputatas benedicente Domino indubitanter visitarent; verum ob prædicta impedimenta ad Urbem hujusmodi minime venire, neque respective Basilicas, & Ecclesiæ ipsas visitare valeant. Nos pro pastoralis officiis Nostri debito, paternaque charitate illorum omnium Animarum salutem, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, omnibus, & singulis Sanctorum monialibus quorumcumque Monasteriorum, etiam illorum, que ab ordinaria jurisdictione exempta, & Sedi Apostolicae praefatae immediate subiecta sunt, vel esse afferuntur, necnon Oblatis praefatis, ac Puellis, & Mulieribus Secularibus Monasteriis hujusmodi de ejusdem Sedis licentia degentibus, & Anachoretis, atque

Causa praesentis concessonis.

Concessio prædicta Indulgencia pro omnibus praefatis, quibuscumque in locis eos esse contingat.

Eremi-

XXXVI.

Dat. 12. Januarii 1725.
An. I.

Procēdium.

ANNO
1725.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

141

Eremitis hujusmodi, ac utriusque sexus Christifidelibus tam Carceratis, quam Infirmis praeditis tantum, & qui alias impedimentis longæ carcerationis, ac diuturna infirmitatis cestantibus ad hanc Almam Urbem pro Thesauris Spiritualibus hujusmodi confeundendis venturi fuissent, vere peccentibus, & confessis, quod in Locus ubi eos esse contigerit, pia Christiana pietatis, & charitatis opera, juxta formam ab Ordinariis Locorum, seu Sanctimonialium, & Anachoretarum, Eremitarumque hujusmodi Superioribus, vel de eorum mandato a prudente Confessario; In Alma vero Urbe a Dilecto Filio Nostro Vicario, seu ejus Vicesserente tantum præscribendam pro cuiuslibet statu, & conditione, ac loci, & temporis ratione habita exercendo, & alia in nostris Literis Indictionis Anni Jubilæi contenta adimplendo, omnes, & singulas Indulgencias, & peccatorum remissiones etiam plenissimas consequuntur, quas consequerentur, & consequi possent, si in hoc præsenti Anno Jubilæi diebus ad id statutis quatuor ad id deputatas Basiliæ, & Ecclesiæ Almae Urbis, & extra illius muros, pro quibus visitandis Jubilæum, & Indulgencias prædictæ concessæ sunt, personaliter visitarent, & eorum quilibet visaret: Evidemque Sanctionibus, ac Oblatis, Puellis, & Mulieribus Secularibus, necnon Anachoretis, arque Eremitis, & Christifidelibus impeditis hujusmodi, ut ad effectum præsentium Confessarios Presbiteros Seculares, vel cuiusvis Ordinis Regulares ab iisdem Ordinariis Locorum ad id probatos, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedis Apostolica reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, injuncta eis penitentia salutari absolvere possint, eligere valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

S. 2. Non obstante Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Literarum translumpis, etiam impressis, manu aliecius Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibetur, qua ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostenseæ.

Datum Roma apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XX. Jan. MDCCXXV, Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXVII.

Abrogantur quæcumque Privilegia personalia Monachis Ordinis S. Benedicti Congregationis Portugalliae alias concessæ.

Hujus etiam Conflit. ed. 1724. Octobris 3. P. I.
Abrogata fuerunt Privilegia omnia personalia, quæ Minoribus Ord. S. Francisci in Regno Portugalliae concedi consueverant.

Dat. 27. Jan.
1725. An. I.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

IN suprema militantis Ecclesiæ specula meritis licet imparibus, divina dispositione collati in eam præcipue curam sollicitis studiis intendimus, ut Religiosorum Virorum sub suavi vita Monastica jugo altissimi obsequiis manipulatorum Congregationes salubriter dirigantur, laudabilibusque institutis suis quocumque sublatto impedimento inhærentes, felicibus in dies benedicente Domino, proficiant incrementis.

Cum itaque (sicut accepimus) in Portugallia, & Algarbiorum Regnis, ac Insulis in India, & Ultramarinis conquistis ipsorum Regnum Portugalliae, & Algarbiorum dominio temporali subjectis Monachis Congregationis Portugalliae Ordinis S. Benedicti diversa Indulta, & Privilegia personalia, prærogativa, immunitates, atque exemptions concessæ reperiantur, unde gravissima in prædicta Congregatione scandala enasci, magnumque Monastica in ea disciplina, & observantia relaxationi ostium pandi experientia ipsa compertum est. Nos præmissis quantum cum Domino possimus de opportuno remedio providere, salubrique, ac prosperæ ipsius Congregationis Monachorum directione consulere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine omnia, & quæcumque privilegia, & Indulta personalia, prærogativas, immunitates, & exemptions quibusvis dictæ Congregationis Monachis, & personis cujuscumque Dignitatis, qualitatibus, & conditionis existant quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujuscumque Instantiam, & supplicationem tam a Nobis, & Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quam etiam a Sedis Apostolica in eisdem Regnis Nuntiis, ac quibuslibet Congregationis Monachorum hujusmodi Superioribus hactenus quoquo modo contra, & preter Regularia Congregationis, & Ordinis prædictorum instituta, & Apostolicas Constitutiones concessa harum serie perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, neminique ulla tenet suffragati, neque de cetero a quoquam concedi posse: Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Caucarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes propterea, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis privationisque suorum officiorum, vocisque activæ, & passivæ præmis eo ipso incurren, dilectis filiis Generali, aliisque dictæ Congregationis Abbatibus, & Superioribus, ut quampriimum præfentes nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Monachos Congregationis hujusmodi similia Indulta, privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptions habentes illos eo ipso privatos, & spoliatos esse declarant, nec quemquam illis uti sinant, vel permittant, inobedientes quilibet, & rebelles opportunis juris & facti remedii juxta Regularia Congregationis, & Ordinis prædictorum Statuta Apostolica Auctoritate confirmata omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recursu remotis compescendo.

S. 1. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Literis Apostolicis super concessione, seu confirmatione Indultorum, Privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, & exemptionum hujusmodi emanatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis Decretis in contrarium

ANNO
1725.
Cause pæ-
sentis abro-
gationis.

Abrogatio
prædicta mo-
tu proprio
facta.

Mandatur
executio ha-
rum litera-
rum.

Clausulis cum
derogatoriis.

præmisso-